



1777 14.

QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI
AN
GERADA LICITE VENDITA
PRAEMORTVO EMTORE VENIAT
AD EMTORIS HEREDEM

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
PRAESIDE

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBVRGENS.

SOCIO

IN AVDITORIO IVRIDICO

DIE XXV. IVNII. ANNO MDCCCLXXVII.

DEFENDET

IOHANNES WILHELMVS MARTIVS

PLANIZA-MISNIC.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIA.



EX OFFICINA AL. GEMMELI
LITTAE
IOHANNES WILHELMVS MARTIVS
DELENDI
DIE XIV. JUNII ANNO DOMINI MDCCCLXXV
IN AVBITORIO IVRIBICO
PROFESSORIS IVRIS OGDINAE UT PAT. ET SENT.
D. CHRISTIANO HENR. BREYNING
PRAESIDE
ILLIUSQUE ICTORVM OPTIMO GRATIA
QVAM
AD ICTORIS KARLEDEM
PRAEMORTVO ICTORIS VENIAT
GEE ADA LICITE VENDITA
A
IVRIS CONTOVERSI
QUESTIO





AN
GERADA LICITE VENDITA
PRAEMORTVO EMTORE VENIAT
AD EMTORIS HEREDEM



§. I.

on est, vt, qui tantum quaestionem, quae nobis dubia videtur, exposiruri, et historiam et quae de Gerada seu rebus feminarum utensilibus dici possunt, hic transcribamus; dixere de ea causa praeter BARTHIVM et HOFFMANNVM *Wilh. SCHMUCK* methodic. tractat. *de Gerad. nomine, definitione, origine, iure et sine*, *Iac. BORN. de Gerada. Gotfr. Lud. MENCKE de rebus Gerad. IENICHEN de clerico exule in Gerad. auiae materuae magna eruditorum virorum copia, quorum in hac materia nomina satis celebria. Satis fit, descriphisse Geradam, videlicet eam esse vniuersitatem rerum mobilium muliebri vsui et ornatui seruientium, imo quae ad muliebrem*



rem domesticam faciunt. Haec ipsa rerum vniuersitas, vbi ab antiquis temporibus recepta atque retenta, regulariter ad cognatas solas deuoluitur, neque a masculis hereditario iure capienda. Praeterea masculi geradam non relinquunt; sunt enim tantum muliebria bona, hinc, si quae res a masculo possidentur, quae, si feminae propriae essent, inter res geradicas referendae forent, ad patrimonium seu hereditaria bona referuntur. Neque velim erres in eo, quod mortuo marito ex eius bonis et hereditate separatur Gerada; haec enim ideo separatur, quod non videntur mariti esse bona, sed quod, cum coniugum patrimonium commixtum, vxoris bona praesumuntur. Quare statuunt eruditi, rebus geradicis ea muliebria non adnumerari, quae a marito occlusae detinentur coniugique vtenda conceduntur.

§. II.

Nec dicamus quidquam de rebus, quae ad Geradam numerantur; haec enim ex singulis locorum statutis atque consuetudinibus diiudicanda. Et sane, si dicendum, quid satius foret, putem nostris moribus non repugnare, omnem de Gerada superstitem consuetudinem atque legem tollere, partim ob ambiguitatem causarum, quae litibus origines praebet, partim ob summam inaequalitatem, quae hodie inter vtensilia feminarum atque expeditorias res masculorum intercedit, quaque filii deterioris solent esse conditionis in successione materna prae filiabus, quippe per res expeditorias non compensatur ex hereditate paterna; quae sub Geradae titulo eripiuntur ex hereditate materna; partim quod omnis antiquae successione ordo, quo plerumque

que

que ab immobilium successione arcebantur feminae, nostris temporibus nostrisque moribus immutatus deprehenditur. Mittimus divisiones tritas et satis notas, atque ad facti speciem, quae quaestione continetur, nos conuertimus.

§. III.

Caia de morte cogitans sua, quaeque tres habebat forores, duabus ex illis suam vendit coram iudice Geradam, reseruato rerum Geradicarum sibi usufructu. Interiectis quibusdam annis vna fororum emtrix simul moritur, relictis liberis interque eos praecipue filiabus superstitibus adhuc sorore venditrice atque altera emtrice. Tandem moritur venditrix soror, ut iam locus sit successioni in Gerada. Quaesitum est, utrum soli emtrici forori superstiti relinquenda sit Gerada defunctae venditricis, an vero simul admittendae sint praemortuae emtricis filiae.

§. IV.

Non desunt argumenta, quibus negari posset defunctae filiabus successio in Gerada. Quis enim veram hanc Geradae venditionem habeat, qui scit, tantum ex Gerada capi posse, quantum mortis tempore supererit, ut ne quidem rerum, quae tempore venditionis adfuerunt, neque amplius extant, pretia ex hereditate peti possint. Est ergo pallium *successioni pactitiae superadditum venditionis* ad excludendam intestati successione, sicque nihil iuris videtur ea celebrata in emtricem transferri, quousque venditrix mortua non est, quam sola succedendi spes. At vero hereditatum



ea ratio est, vt spes non transeat in heredes eius, cui succedendi spes data, nisi superuixerit eum, in cuius hereditate successurus, vt ius in re eius morte oriatur. Praeterea in praesenti specie collateralis successio extat, quae communi quidem iure repraesentandi ius admittit, vt fratrum fororumque germanorum liberi simul succedant, sed haec in Saxonia ex repraesentatione oriunda successio exulat, vt ex hac causa sororis filiae haud videntur admittendae in Geradae successione, quae potius cedat soli superstiti entrici. Tandem cum in emtione Geradae intentio venditricis fuit, vt sorores habeant Geradam, non vero sororis filiae, contra autem intentionem paciscentium pactum interpretationem non admittit, negari quoque posse filiabus defunctae entricis successio in matererae Geradam.

§. V.

Sed his dubitandi rationibus non obstantibus fortiora videntur argumenta, quae filias defunctae simul cum superstite sorore admittere iubent in successione Geradae demortuae matererae. Nego enim palliatum semper esse negotium. Est quidem verum, pretium emtionis cum vero pretio rerum utensilium non conuenire; at causa in alea quaerenda. Cum enim nudam tantum rerum acquirat proprietatem entrix, vsumfructum retinet venditrix, fieri non potest, vt veri rerum pretii ratio habenda. Possunt enim vendita Gerada res Geradae vtendo destrui, in aestimatione minui, imo et alienari, vt mortis tempore non extent amplius et sic peri nequeant; propterea verum rerum pretium in computum venire nequit. Et quid! si demus, esse palliatum negotium, saltem liberalitas donatione continge-

ret

ret inter viuos, quae valida per se existit acceptando, atque irreuocabile ius in donatarium transfert. Cum itaque in venditione Geradae siue titulo ad transferendum dominium inter viuos habili non spes transit in emtorem, vt in vltimis voluntatibus, sed ipsum ius interueniente traditione symbolica, non quidem in indiuiduas res, sed in vniuersitatem rerum ipsam, frustra argumentum duceretur a rationibus successione hereditariae ad emtionem Geradae. Neque obstat filiabus in Gerada successuris negatum in Saxonia repraesentationis ius, quod nunquam in acquisitionibus inter viuos exulat, sed in hereditariis tantum successione. Intentio vero hic plane attendi nequit, quippe qui in matrem inter viuos ius in rem transfert, nunquam nisi speciali pacto addito impedire potest, quominus in liberos transmittat.


Reiectis ergo dubitandi causis, facillima erit quaestio- nis propositae decisio. Si enim argumentum a iure hereditario duci nequit, potius translatio iuris inter viuos per venditionem fiat traditione symbolica accedente, emtrix demortua emendo Geradam irreuocabile ius in Geradam sororis venditricis obtinuit. Quod si verum, sequitur, mortua ea in heredes illud ipsum ius emtione acquisitum transire, ea tamen limitatione, vt sint Geradae capiendae capaces i. e. filiae vel cognatae, quippe Gerada erat, quae Gerada eousque manebat donec ab emtrice vel eius herede vere possessa. Hinc altera soror frustra excludere tendaret sororis filias ab acquisitione Geradae mortua venditrice, quin potius diuidenda erit cum defunctae sororis filiabus coemta illa Gerada.

§. VII.



§. VII.

Obtinuit etiam haec sententia in simili specie, quam proposuit BARTH in *Ausführl. Bericht von der Gerade Cap. V. §. 74.* Mater enim duobus filiis vendiderat Geradam retento rerum Geradicarum usu, alter ex filiis moritur, relictis heredibus patre matreque venditrice. Dimidia ergo Gerada in hunc praemortuum filium delata iam devoluta retro pro dimidia in matrem. Post mortua matre quaerebatur an integram Geradam superstes filius caperet. Negat BARTHIVS et recte: *Nicht auf den noch lebenden Sohn und respective des defuncti Bruder*, quippe qui intestato in portionem Geradae quam recuperauerat mater iure hereditario ex hereditate praemortui filii, succedere capax non erat; sed altera pars ad proximam cognatam matris deveniebat, salvo iure, quod in altera dimidia Geradae ex emto filius superstes habebat. In quam opinionem etiam teste BERGERO *P. II. Resp. 281.* Ordo Ictorum Vitebergensium responderat, quam Barthius simul adduxit sententiam.



Leipzig, Diss., 1777 A-0

ULB Halle

004 568 583




3

fb
sb:



1777 14.

B.I.G.



Farbkarte #13

OVERSI
 VENDITA
 ORE VENIAT
 EREDEM

DINIS GRATIA
 DE

R. BREVNING
 R. NAT. ET GENT.
 VISBURGENS.

IVRIDICO
 IOCCCLXXVII.

ET
 IVS MARTIVS
 NIC.

GENHEMIA.

